Josephus gestavit: Cui Coelestes illi Spiritus in
coelo Deum tremore assistunt, ac prostrati venerantur
atque adorant, ibi Josephus in terra imperat, ac
dominatur. Et quoniam beatitas maxima te Chri-
stum omnis pulchritudinis fonte intueri, plurimum
certe fuisset, solammodo gratissimo illius Divi-
na elegantia conspectu exhilarari. Si equidem
aspectus Solis ita Magni Tobiae oculos animumque
rapuit, ut illo postea privatus, quidquid iucundi sibi
accidisset, minime tamen ob tanto tanti gaudii iactu-
ram, sibi laetandum putarit: quae dulcedo quae sua-
vitas erit continuo recreari atque irradiari iucun-
dissimo aspectu Solis Iustitiae? Amplissimos lau-
des consecutus est Moyses, quod semel duntaxat Do-
minum in ardenti rubo conspexerit. Vos eum, qui
Dominum millies spectavit, non millies maiori laude di-
gnum ducetis? Maiores vestri illos, qui vel multo
labore Romam, vel magno vitae periculo Ierosoly-
mam profecti, nuda Christi vestigia ac monumenta
relicta conspexere, honoribus afficiendos voluerunt,
vos erga eum, quo animo esse debetis, qui Christum
ipsum saepissime conspexit, nec solum conspexit, sed et
~~oscula~~ portavit, immo et oscula dedit, quin et accepit?